

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Avtvmnalis - A Dominica Decimaquinta post Pentecosten, ad  
Adventum

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Feria 3. Stulti! nonne qui fecit quod deforis est, etiam id quod deintus est,  
fecit?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44846**

## FERIA TERTIA.

DE CVRA INTERIORIS HOMINIS SVPRA  
EXTERIOREM.

*Stulti : nonne qui fecit quod deforis est, etiam id quod deintus  
est, fecit ? LUC. II.*

## VERITAS PRACTICA.

*Quo quis in exteriori colendo homine videtur  
esse sapientior, eo est stultior si non magis  
interiorem colat.*

*RATIO EST. Quia quo quis in exteriori colen-  
do homine videtur esse sapientior, eo majorem  
se habere proficer rationem qua cultum il-  
lum promoveat.*

*Sed quod quia majorem se habere proficeret rationem  
qua cultum exteriorum promoveat, eo est  
stultus si non magis interiorum cureret & excusat.  
Ergo & evidentissime patet Veritas, & quisquis  
ille est in exteriorum Sapientem, habet quod a se dis-  
car & alios docens longe majorem in interiori  
ponendam esse operam.*

## I. PUNCTUM.

*E*XPLICATA superius in diversis occur-  
rentibus locis habentur, quae priori parte  
Capitis undecimi, sanctus Lucas com-  
memorat. Quid ibi vero superest ad  
formandos mores accommodatus, saluberrima  
quædam est admonitio Domini de cœna interio-  
ris hominis supra eum qui dicitur exterior, sive  
supra quemvis cultum quisvis tantum appetet.  
Sic enim apud Pharizæum cum aliquando invi-  
tatus esset ad prandium, voluit de industria la-  
vare manus quo solebant exquisito modo l'ha-  
zizei, de quo in tertio parte dictum est, quod  
cum mirabundus, & animo non sat, æquo re-  
cogitaret. Is qui Dominum invitaverat: cum ve-  
ro Dominus ad illum: *Nunc vos Pharizæi quod  
deforis est calvis & catini, mundatus; quod autem  
in te est vestrum, plenum est sapientia & iniquitate.*  
*Stulti! nonne qui fecit quod deforis est, etiam id  
quod deintus est fecit?* Quasi diceret, si putatis  
vos habere rationem mundandi ea quae fors pa-  
tent, quare non videtis quam sit rationabilius  
in inde illa quæ intus sunt? Nonne id quod  
dam stultus genus est credere le non nisi pro-  
batum jure, ac rationabilis cultus mundare sua ex-  
teriora omnia nec idem sentire de interiori, sed

ea potius negligere, cum longè magis ratio sua-  
deat internam sibi curare munditiam, & cultum  
animi praे cultu corporis observandum?

*Quod certè monitum non solos spectat Phari-  
zæos, sed è Christianis ac ipsis etiam Reli-  
giolis Viris quam plurimos, quibus satis esse  
videtur ad religionis & sapientiae famam con-  
cilandam sive vestes, si suppellebilem. si quid  
oculis hominum patet, apprimètarent  
& colant; quæ vero latent, aut quæ soli  
Deo patent interiora suæ mentis, vel pro-  
ficiuntur abiciant, vel non pari cultu pronoveant.  
Stulti! nonne si ratio est pro exteriori homine,  
ratio hæc eadem aut certè potior pro interiori  
militat homine? Nonne & quo quisquam in exte-  
riori colendo homine videtur sapientior, eo stultior  
est, si non potius internum colat?*

*Hæc sunt modò attentius consideranda. Et  
primo illud quod p̄mittitur illum habens con-  
sulto rem in re aliqua qui plures eius peragendæ  
& vel maiores noctus fuerit rationes, aut ne ab-  
erret sermo longius, illum videntantè sapien-  
tiorem in exteriori cultu promovendo, quan-  
dib[us] magis è ratione videb[us] sic ex eternis suis  
vacare percolendis: Quod ex ipsis certè notum  
est terminis, nam sicut sapienter aliquid agere  
non aliud esse intelligitur, quam consulto & ra-  
tionis habilitate agere: Sic plane quan-  
to quis in agendo sapientior vult, nihil aliud velle  
creditur, quam profiteri se firmioribus rationum  
momentis esse nixum ut illud agat, unde quod  
primum ait Sapiens in Proverbis, *Audiens Sa- Prove-  
p[ro]p[ri]is sapientior erit, perinde videtur esse, ac si  
diceret, audiens rationes quibus ad opera qua-  
vis moveatur, sapientior erit in illis operibus  
obeynd. 2. Quod & Item conformans; *Vix, in-  
quit, stulti, redi in oculu eius: qui autem Sapientia  
est audire consilia. Rerumque paulo post; Quo  
deinceps omnia cum consilio & reguntur sapientia.*  
Nam hoc est esse sapientem, in fine consilio &  
ratione aggredi; & hoc perinde est magis esse  
sapientem, magis audire consilia, sive major-  
res agendi rationes indagare. O quis sic sapienter  
ut magis sapienter?**

II. PUN-

*Ter. 2.  
Hebd. 4.*

## II. PUNCTUM.

**S**ED quoquā maiorem se habere proficeret rationem, qua cultum exteriorem promoveat, & est stultior, sēnon interiore aquā ac magis cū-  
rat & excolat.

Nam cum illa ratio, quæcunq; tandem illa sit, internis colendis magis faveat quam externis, nonne quā hanc maiorem diceret esse rationem, tantō secum magis pugnabit, & tantō hinc se magis contra rationem agere comprobabit, cū id minus agat quod magis agendum persuaderet ratio? Quid autem stultius quam sic secum pugnare, sic te suis illaqueare verbis, sic se suo jugula-re gladio, sic demonstrare se tantō peius agere, quantō si melius agere demonstrabat? Sic propriis  
*1 Cor. 10.* scilicet labiis.

Certe in Scripturis, tantum desertur interno cultui, ut hic unus præ alio videatur commendari; nam omnis gloria filia regia ab intus, ibi videt Christus, inquit S. Augustinus, ibi amas Christus ibi aliquid Christus, ibi punit Christum, ibi corre-nai Christum; q. d. cū ibi omnia Christus præ-sertim operetur, idcirco etiam omnis nostra po-nenda est opera ut recte intus affecti simus & e-gregie compositi. Sed quandoquidem non recu-famus exteriū cultum, & quandoquidem non auctoritate sola, sed ratione agimus cum eo qui ex disciplina Phariseorum quod foris est satis diligenter curat, non ita vel quod est intrinse-cus: Age productant illæ rationes quibus exterio-rum curia permittitur vel etiam committatur. Quid est quod suis omnibus excultum partibus velis corpori, capillum, vultum, vestes, ser-monem, & quidquid proximè tibi adiaceat? Nonne idcirco præcipue quia sic decorum exigit, sic decet et coram hominibus apparere, sic satis sit in-tuentium oculis, sic mutua foveatur benevolen-tia, sic humana societas postulat, sic ædificatio-ni, sic charitati dicitur esse consulendum, quia sī hæc absent, nos triūfaderem alios. Sic ipse Deus constitutus cuius imago quædam in nostrò luget corpore, sic ipsa denique natura docet ratio dum inveniuerit rei, suum statuit ordinem & certum ordinat statuum quem si non servet, inordinata-teretur, & aspectum soler offendere. Unde Apo-lokus, omnia autem honeste & secundum or-dinem sunt.

Hæc sunt videlicet quæ faciant pro extera-na decencia; nunc contemplare attentius quā illa ipsa pro interno animi cultu magis concludant & evincant. Nam si oculis hominum

id concedi debet ne quid in nobis sit quod eos merito possit offendere, nonne id satius divino dandum oculo qui cordis intima præsertim spe-ctat, ne quid ibi lateat quo se ostendi queratur? Nonne vel minima cordis impuritas quæ volu-tario retinetur assensu, magis ex se Deum provo-cet, quam quisvis neglectus cultus hominē, cuius non ita interest, an sis extra bene compositus, quām Dei refert an sis intrā recte affectus? Non quasi hominibus placenter sed Deo qui probat corda *1. Thess. 2.* nostra, inquit Apostolus. An ignoras impurum animum nihil habete commercij cum sanctifica-tio grata, carterisq; donis quæ supernatura lū-cupantur, atq; adeo nihil cum singulis adoran-dae Trinitatis Personis, nihil cum Patre cuius lex violatur, nihil cum Filio cuius sanguis contem-nitur, nihil cum Spiritu S. cuius gratia concul-cantur, nihil deniq; cum universa eccl. Societate cuius nulla est communicatio cum tenebris seu tenebrarum operibus? Et te non magis pudebit hoc eccl. & diuino exclusi consilio quam humano?

Quod si divinam putas imaginem in exteriori colendam hominē, quantō id verius credendū est in interiori positum, hunc esse cultum cum verius ad imaginem Dei factus sit homo ratione animi quam corporis, & animi bene composti, quam bene culti corporis? Quid potio de illa proximorum ædificatione dicunt, quid de illa in qua iactas ad exteriū laudē cultus, quod non magis interiū spectet? Quid est enim quod proximum ædificet nisi vera & solida virtus? Quænam autem vera & solida virtus si sit tantum exteriū, si species tantū virtutis sit & non ipsa vir-tus, qua tamen ipsa non est nisi sit animi, nisi sit interior, & qui abs conditio est cordu homo sit vere coram Deo qualis appetet hominibus. Nonne hoc est potius charitatem destruere quam ædifi-care proximum, si solum virtutis simulachrum ap-pareat, si sola sit pietatis simulatio, si solum hu-militatis signum, & non res ipsa simplex & sincera? Quid est hypocritam agere nisi hoc sit, quid est similē se sepulchris quæ speciosa quidem fons apparent hominibus, intus autē plena sunt ossibus mortuorum & redundant spurcias? quale inquam & quibus hoc probū injiciuit nisi quibus sola sufficiebat extera virtutis species?

Quod si ratio, si ordo exigit ut uniuersique rei suum servetur decus, & quoddam ingenitum à natura decorū Nullumne animi tale est decus? Et nisi hoc animi decus servetur, putatne homi-nem bene ordinatum, tamen si omnis relu-cat or-

Gg 3 do